

BIBLIOTECA



Cardenal Cisneros

7

BIBLIOTECA



Cardenal Cisneros

BIBLIOTECA

RE  
CARIO

LIBRERIA

BIBLIOTECA MUNICIPAL  
HENARES

MUNICIPAL  
HENARES

Cardenal Cisneros

AMONESTACION



IRAD

HERMANOS  
QUE CELE-

brais el Sacramento del Ma-  
trimonio, que es para la conservacion  
del género humano necesario, y á todos,  
si no tienen algun impedimento, les es  
concedido. Fue instituido por nuestro  
Dios en el Paraíso terrenal, y santi-  
ficado con la real presencia de Chris-  
to Redentor nuestro. Es uno de los siete  
Sacramentos de la Iglesia, en la significa-  
cion grande, y en la virtud, y dignidad

SECRETARIA  
DE  
D. JOSE M. VICARIO



no pequeño. Dá gracia á los que le contraen con puras conciencias, con la qual sobrepujan las dificultades y pesadumbre á que están los casados sujetos por todo el discurso de la vida. Y para que cumplan con el oficio de casados Christianos, y satisfagan á obligacion que han tomado á su cargo habeis de considerar diligentemente el fin á que habeis de enderezar todas las obras de la vida. Porque lo primero, este Sacramento se instituyó para tener sucesion, y que procuréis dexar herederos, no tanto de vuestros bienes, quanto de vuestra Fé, Religion, y virtud; y para que os ayudeis el uno al otro á llevar las incomodidades de la vida, y flaqueza de la vejez. Ordenad, pues, así la vida, que os seais descanso y alivio el uno al otro, cortando de antemano todas las ocasiones de disgustos, y molestias.

Finalmente, el Matrimonio fué concedido á los hombres para que huyesen de la fornicacion, teniendo el marido su muger, y la muger su varon. Por lo qual os habeis de guardar mucho de no estragar el santo casamiento, trocando la concesion de la flaqueza en solo deleyte, no apeteciéndole fuera de los fines del Matrimonio (como dice el Apóstol,) ni el varon, ni la muger tienen señorío sobre su cuerpo. Y así antiguamente los adúlteros eran castigados con severísimas penas, y agora lo serán de Dios, que es el vengador de los agravios, y desacatos que se hacen á la pureza de los Sacramentos. Pide la dignidad de éste que significa la union de Christo con la Yglesia, que os ameis el uno al otro como Christo amo' á la Yglesia. Vos, varon, compadeceos de vuestra muger como vaso mas flaco: compañera os dare



mas, y no sierva. Asi Adan, nuestro primer Padre, á Eva formada de su lado, en argumento de esto, la llamo compañera. Os ocuparéis en exercicios honestos, para asentar vuestra casa, y familia; asi para conservar vuestro patrimonio, como para huir el ocio, que es la fuente y raíz de todos los males. Vos, esposa, habeis de estar sujeta á vuestro marido en todo: despreciaréis el demasiado, y superfluo ornato del cuerpo en comparacion de la hermosura de la virtud: con gran diligencia habeis de guardar la hacienda: no saldréis de casa, si la necesidad no os llevare, y esto con licencia de vuestro marido: sed como vergel cerrado, fuente sellada por la virtud de la castidad. A nadie (despues de Dios) ha de amar mas, ni estimar mas la muger que á su marido, ni el marido mas que á su

su muger. Y así en todas las cosas, que no contradicen á la piedad christiana, se procuren agradar. La muger obedezca, y obsequie á su marido; el marido por tener paz, muchas veces, pierda de su derecho, y autoridad. Sobre todo, pensad como habeis de dar cuenta á Dios de vuestra vida, de la de vuestros hijos, y de toda la familia. Tened el uno y el otro gran cuidado de enseñar á los de vuestra casa en el temor de Dios. Sed vosotros santos, y toda vuestra casa, pues es Santo nuestro Dios y Señor, el qual os acreciente con gran sucesion, y despues del curso de esta vida os dé la eterna felicidad, el que con el Padre, y con el Espíritu Santo vive, y reyna en los siglos de los siglos. Amen.



His expositis Sacerdos alloquitur contrahentes, & testes in hunc modum.



OBTESTATOR, & PRÆCIPIO VOBIS

ut si cui vos impedimento obnoxios sentitis, quo minus matrimonium hoc contrahi firmūque, ac ratum haberi possit; puta, si consanguinitatis, aut affinitatis, cognationis spiritualis, aut publicæ honestatis vinculum aliquot vos prohibet; si vos voto castitatis, aut Religionis obstrinxeritis, vel aliquis vestrum lege sponsalium aut matrimonii cum alio vel alia tenetur. Denique si quod aliud impedimentum remouatur, vos liberè & ingenuè hic statim pro-




Catholica, & Apostolica Ecclesia? Quo di-  
cente: Placet, Domine Sacerdos dicit: Pa-  
teris te ipsius esse sponsum & virum? **R.**  
**Fateor.** **Et Sacerdos:** Recipis ipsam in spon-  
sam & uxorem? **& illo dicente: Recipio.**  
Sacerdos ponat manum dexteram sponsi su-  
per manum dexteram sponsae, & dicat: Ego  
vos in matrimonio coniungo. **Et signum**  
**crucis super utrumque producens dicat: In**  
**nomine Patris, & Filii, & Spiritus**  
**Sancti, Amen. Vel subscriptis verbis uta-**  
**tur, juxta receptum diocesis ritum. Et ego**  
**ex parte Dei omnipotentis, & Apostolo-**  
**rum Petri, & Pauli, & sanctae Matris**  
**Ecclesiae, vos matrimonio coniungo, & is-**  
**tud Sacramentum inter vos firmo, in nomi-**  
**ne Patris, & Filii, & Spiritus Sancti,**  
**Amen.**

(\*) Concil. Trid. sess. 24. de Reform. Mat.

*Et aspergat eos aqua benedicta. Continuo Sacerdos hortetur conjuges, ut ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent.*

**Orden de celebrar el Matrimonio en lengua Castellana.**



**O OS RE  
QUIERO Y  
MANDO,**

*que si os sentís tener algun impedimento por donde este Matrimonio no pueda, ni deba ser contrahido, ni ser firme y legitimo; conviene á saber, si hay entre vosotros impedimento de consanguinidad, ó afinidad, ó espiritual parentesco, ó de pública honestidad: si está ligado alguno de vosotros*

con voto de castidad, ó religion, ó con despo-  
rios, ó matrimonio con otra persona: final-  
mente, si hay entre vosotros algun otro impe-  
dimento, que luego claramente lo manifestéis.  
Segunda y tercera vez os requiero, que si sa-  
beis algun impedimento, lo manifesteis libre-  
mente.

*El Sacerdote diga: Señora N. queréis  
al señor N. por vuestro legítimo esposo, y  
marido, por palabras de presente, como lo  
manda la Santa, Católica, y Apostólica Igle-  
Romana? R. Si quiero. Sac. Os otorgais p.  
su esposa, y muger? R. Si me otorgo. Sac.  
Recibísle por vuestro esposo, y marido? R.  
Sí le recibo.*

*Luego el Sacerdote pregunta al esposo: Se-  
ñor N. queréis á la Señora N. por vuestra  
legítima esposa y muger, por palabras de  
presente, como lo manda la Santa, Católi-  
ca, y Apostólica Iglesia Romana? R. Si*

quiero. *Sac.* Os otorgais por su esposo y ma-  
rido? *R.* Sí me otorgo. *Sac.* Recibís-la por  
vuestra esposa, y muger? *R.* Si la recibo.  
*Sac.* Yo de parte de Dios todo poderoso, y  
de los Bienaventurados Apóstoles San Pe-  
dro, y San Pablo, y de la Santa Madre  
Iglesia os desposo, y este Sacramento entre  
vosotros confirmo, en el nombre del Padre,  
y del Hijo, y del Espíritu Santo. Amen

\* \* \* \* \*

RITUS, ET CÆREMONIÆ  
BENEDICTIONIS NUPTIALIS,  
et Missæ pro Sponso et Sponsa.

**C**UM ES-  
PONSUS VO-  
LUNT POST

contractum matrimonium,  
benedictionem Missæ nuptialis accipere.

constitutis ipsis ante fores Ecclesie, Sacerdos accedit ad eos indutus Amictu, Alba, Stola, & Pluviali albi coloris, precedentiibus Ministris cum Cruce & Aspersorio. Primum computet arrhas, que solent esse tredecim nummi, quibus in patella positis, simul cum duobus anulis aureis, vel argenteis, faciat benedictionem arrharum & annulorum hoc modo.

Benedictio arrharum.

*V.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit caelum et terram. *V.* Sit nomen Domini benedictum. *R.* Ex hoc nunc, & usque in saeculum. *V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.



**B**ENEDIC Domine has arrhas, quas hodie tradit fa-

mulus tuus hic in manum ancilla tuae;  
quemadmodum benedixisti Abraham  
cum Sara, Isaac cum Rebecca, Jacob  
cum Rachel: dona super eos gratiam  
salutis tuae, abundantiam rerum, & cons-  
tantiam operum; florescant, sicut rosa in  
Jerico plantata, & Dominum nostrum  
Iesum-Christum timeant, & adorent ip-  
sum, qui trinum possidet Numen, cuius  
regnum, & imperium sine fine perma-  
net in saecula saeculorum. *R.* Amen.

**Oremus.**

**D**omine Deus omnipotens,  
qui insimilitudinem sancti  
connubii, Isaac cum Rebecca,  
per intercessionem arrarum Abrahae fa-  
muli tui, copulari iussisti, ut oblatione  
munerum numerositas cresceret filiorum  
quasumus omnipotentiam tuam; ut ad  
hanc oblationem arrharum (quas hic

samulus tuus, dilectæ suæ sponsæ, offe-  
rre procurat) sanctificator accedas, eos-  
que cum suis muneribus propitius bene-  
dicas, quatenus tua benedictione protecti,  
& invicem dilectionis vinculo innexi, gau-  
deant feliciter cum tuis fidelibus perenni-  
ter mancipari. Per Christum Dominum  
nostrum. *R. Amen.*

*BENEDICTIO ANULORUM.*

**B**ENEDIC DO-  
MINE HOS ANU-  
los, quos in tuo no-  
mine benedicimus; ut qui  
eos portaverint, in tua voluntate per-  
maneat, & in amore tuo vivant, se-  
nescant, & multiplicentur in longitu-  
dine dierum. Per Christum Dominum  
nostrum. *R. Amen.*

Oremus.



CREATOR  
& CONSER-  
VATOR GE-

neris humani, dator gratiæ, spiritalis,  
largitor æternæ salutis, tu Domine tu-  
am mitte bene dictionem super hos ân-  
nulos; ut hoc fidelitatis signo insignitus in-  
ceserit, in virtute cælestis defensionis, ad  
æternam vitam sibi proficiat. Per Chris-  
tum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Benedictio Dei Pa-  
tris omnipotentis, &  
Fi-  
lii, & Spiritus Sancti descendat,  
& maneat super hos annulos, & has ar-  
rhas. *R.* Amen.

*Et aspergat Sacerdos annulos, arrhas, &  
circuistantes aqua benedicta. Deinde Sa-  
cerdos accipit alterum annulum inter pri-*

mas tres digitos, dicens: .....

Benedic ☩ Dōmine hunc ānnulum, ut  
ejus figura pudicitiam custōdiat. ....

Et infigit illum in digitum quartum dex-  
teræ manus Sponsi, dicens: .....

In nōmine Patris, & Filii, & Spīritus

Sancti. Amen. Pari modo alterum annu-

lum accipit, & benedicit, ut supra; & tra-

dit eum Sponso, qui accipiens illum tribus

digitis, infigit illum in quarto digito ma-

nus dextere ipsius Sponsæ. Mox junctis

Sponsæ inferiis, & desuper manibus Spon-

si, Sponsus dimittat arrhas in manus Spō-

sæ, dicens hæc verba, præcunte Sacerdote:

Sponsa hunc ānnulum, & has arrhas ti-

bi dono in signum Matrimonii, Esposa

este anillo y arras os doy en señal de Ma-

trimonio: *Respondeat illa: Ego recipio.*

*Yo lo recibo.* .....

Et deponit arrhas in patellam. Deinde

dicit Sacerdos: ☩ Manda Deus virtuti

tua: confirma hoc Deus, quod operatus es  
in nobis. **V.** A templo sancto tuo, quod  
est in Ierusalem, tibi offerent Reges mū-  
nera. **V.** Increpa feras arundinis, congrega-  
tio taurorum in vaccis populorum: ut ex-  
cludant eos qui probati sunt argento. **V.**  
Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto.  
**R.** Sicut erat in principio, & nunc, &  
semper, & in sacula saeculorum. Amen.  
**Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrieleison,**  
**Pater noster. V.** Et nō inducas in tenta-  
tionem. **R.** Sed libera nos a malo, **V.** Sal-  
vas fac servas tuas. **R.** Deus meus speran-  
tes in te. **V.** Domine exaudi orationem me-  
am. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.**  
Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu  
tuo. **Oremus.** Deus Abraham, Deus Isa-  
ac, Deus Jacob, benedic conjuges istas, &  
semina semen vite in mentibus eorum, ut  
quidquid maiestati tuae gratum esse intel-  
lexerint, opere compleant. Per Christum Do-

TESTAMENTARIA  
DE  
D. JOSE M. VICARIO




Cum pervenerint ad altare, flectunt genua & Sacerdos conversus ad eos, dicit:  
*Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.*

**Oremus.**


**B**enedicat Deus vestri oris eloquia. Amen. Cor vestrum sinceri amoris copulet nexu perpetuo. Amen. Floreatis cum presentium copiis, fructificetis decenter in filiis, gaudetis perenniter cum amicis. Amen. Tribuat vobis Dominus dona perennia, parentibus, & amicis feliciter dilatata, & cunctis gaudia sempiterna. Amen.

**Oremus.**

**B**enedicat vos Dominus celestis glorie, Rex omnium Sanctorum. Amen.



*Det que vo-  
bis suæ dilectionis dulcedinem, & saculi-  
presentis felicitate latari. Amen. Collato  
etiam gaudio filiorum post diuturnum  
tempus, conferat habitaculum cœlestium  
mansionum, qui vivit, & regnat Deus in  
sacula sæculorum. R. Amen.*



**RITUS ET CEREMONIA  
MISSÆ NUPTIALIS.**

***N**IS actis Sacerdos deponit pluviale, & accipit planetam, & manipulum albi coloris. Missa de nuptiis dicitur, ut habetur in Missali Romano ex Decreto Concilii Tridentini edito, quæ inscribitur pro Sponso, & Sponsa, & incipit: Deus Israël conjugat vos, &c. cum ceteris adjunctis. Si Benedictio nuptiarum faciendâ est die Dominica, vel alio festo solemnâ primâ,*

vel secundæ classis, aut die vigilia Pentecostes, & ejus octava, ac die octavo Epiphania, vel aliquo die in quo adest præceptum audiendi sacrum dicatur Missa de Dominica, vel de festo cum Gloria in excelsis, & Credo, si illa Missa id requirit, & cum commemoratione nuptiarum; additis etiam orationibus, Propitiare, & Deus, qui potestate, cum cæteris ad nuptias pertinentibus. In hac Missa, quamquam votiva sit, dicitur una tantum Oratio.

Dicto in Missa Pater noster, Sacerdos antequam dicat, Libera nos, quæsumus Domine, genuflectit, & recedit ad cornu Epistolæ, & ibi stat versus Sponsum & Sponsam ante Altare genuflexos. Interim Minister (ubi sic fieri consuevit) velet serico velamine candido, & purpureo, si commode fieri possit, Sponsi scapulas, Sponsæ vero caput; sed mos est quibusdam jugale ponere super humeros utriusque.

Tunc Sacerdos dicit: *Propter*

**Oremus.**

**P**ropterea Domine supplicationibus nostris, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste; ut quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia seculorum. *R. Amen.*

**Oremus.**

**D**eus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, ut foemineo corpori de virili dares carne principium, docens, quod ex uno placuisset institui, numquam licere disjungi. Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi & Ecclesiae Sacramentum praesignares in federe nuptiarum.

Deus, per quem mulier jungitur viro; & societas principaliter ordinata ea benedictione donatur quae sola, nec per originalis peccati poenam, nec per diluuii est ablata sententiam: Respice propitius super hanc famulam tuam, quae maritali jungenda consortio, tua se expetit protectione muniri: Sit in ea iugum dilectionis & pacis: Fidelis, & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat foeminarum: Sit amabilis viro, ut Rachel: Sapiens, ut Rebecca: Longeva, & Fidelis, ut Sara: nihil in ea praevaricationis usurpet. Nexa fidei, mandatisque permaneat unita: Contactus illicitos fugiat: Muniat infirmitatem suam robore disciplinae: Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis caelestibus erudita: Sit secunda in sobole, sit probata, & innocens: Et ad beatorum requiem, atque ad coelestia regna perveniat. Et videant ambo filios filiorum suorum, usque in tertiam, & quartam generationem; & ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Dominum

TESTAMENTARIA  
DE  
D. JOSE M.<sup>a</sup> VICARIO



*gale. Deinde Sacerdos oratione gravi admonet conjugatos vulgari sermone in hunc modum:*

*La que habeis recibido las bendiciones segun la costumbre de la Iglesia, lo que os amonesto, es que os guardéis lealtad el uno al otro, y en tiempo de oracion, y mayormente de ayunos, y festividades, tengáis castidad. El marido ame á la muger, y la muger al marido, y que permanezcáis en el temor de Dios.*

*Postea aspergatos aqua benedicta & det benedictionem, & dicat, ut solitum, est Evangelium S. Joannis: In principio erat Verbum, &c. & tradat Sponsam Sponso per manum dexteram, dimittat eos in pace: dicens:*

*Compañera os doy, y no sierva: amadla como Christo ama á su Iglesia.*

**DE SECUNDIS NUPTIS.**

*Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ. Illæ vero censentur secundæ (ut non*

benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte  
feminæ, quamvis sint primæ ex parte  
viri. Nec refert, an ipsa vidua, secundo  
nubens, sit virgo, vel non, sed an sit semel  
benedicta: unde, quæ semel nupsit, setl ante  
benedictiones receptas vidua facta est, cum  
postea iterum nubit, benedicenda est: Et  
quæ semel est benedicta, non est iterum be-  
nedicenda. In ejusmodi autem nuptiis non  
benedicuntur, nec dantur arrhæ, nec an-  
nuli, nec ponitur velamen, nec jugale, nec  
dicitur Missa de Nuptiis, sed dumtaxat  
hæc fient, quæ sequuntur. Sacerdos indu-  
tis, ut supra, accedit ad nubentis existentes  
in ingressu Ecclesiæ, & illos aspergit  
aqua benedicta, introducit eos in Ecclesi-  
am, dicendo Psalmum: Beati omnes, qui  
timent Dominum, &c. & statim præ-  
termisissis omnibus aliis, audiunt Mi-  
ssam, quæ pro illis dicenda est semoti ab-  
Altari. Dicenda est Missa de Officio oc-  
currenti si sit Festum duplex, aut dies Do-  
minica: in aliis diebus potest dici Missa

votiva, juxta illorum devotionem, dummodo non sit Missa ordinaria pro Sponso & Sponsa, nec in ea dicatur aliquid ex iis, quæ sunt inserta in dicta Missa: & peracta Missa dicatur super illos genuflexos ante Altare, sequens Oratio. *Oratio.*

*Oremus.*


**R**espice Domine super hanc conjunctionem tuam, ut sicut misisti Sanctum Angelum tuum Raphaëlem, pacificum Tobie, & Saræ filie Raquelis: ita digneris Domine, mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, ut in tua voluntate per maneant, & in amore tuo vivant, & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum nostrum Jesum-Christum Filium tuum, &c. *~~~~~*

Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super vos & maneat semper. Amen. *~~~~~*

*Et dicta ad eos exhortatione, ut supra, aspergit eos aqua benedicta, & dicit: Ite in pace.*



BIBLIOTECA



Cardenal Cisneros

*D. M. C. C. fec. 1848.*

452

BIBLIOTECA



Cardenal Cisneros